



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanuelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Decimæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

DECI MAE. 107
secus enim potest conueniri coram
Iudice saeculari. *art. 6.*

DECI MAE.

Vide Excommunicatio, Tributum.

Exemptio.

Moniales priuilegio, & ratione
M ipsa non tenentur soluere pri-
mitias, decimas, & census, & alias
quascumque collectas & exactiones
Episcopales, nisi sint sufficienter
dotatae. Porro quia de sufficientia
magnum erat dubium; *Greg. XIII. ad*
Clarissas decreuit hanc dotem tan-
tam esse debere, vt vnaquaque So-
ror habeat annuatim 25. Ducatos
de Camera, quae quidem constitutio
Greg. XIII. haecenus non est reuoca-
ta. to. 3. q. 74. tit. 16.

Medicantes ex multis priuilegiis;
& praesertim ex amplissimo dato
Patribus Iesuitis à *Paulo III. &*
Greg. XIII. nullam decimam, vel con-
tributionem etiam Papalem pro
quacumque causa ex omnibus praediis,
& bonis suis quomodocumque
datis, aut acquisitis debent soluere,
nec similiter eorum coloni aut ar-
rendatarij temporales, quod iustis-
sime

sime

108 DECLARATIO.

simè potuit facere Pontifex, cum sit Dominus absolutus omnium eiusmodi bonorum : imò *Ioannes XXII.* concessit Carthusianis, vt possint recipere decimas à suis colonis, aliàs debitas Ecclesiasticis, etiamsi iam essent in possessione. *tom. 2. qu. 44. art. 4.*

Lucius III. & Bonifacius VIII. idè cōcesserunt Fratrib. S. Ioannis Hierosolymitani pro prædiis, & terris quas ipsi per se, vel per alios, ad tempus, nō in perpetuum excolunt. *ibi.*

Multa alia similia priuilegia data sunt Cistertiensibus, & aliis. *ibid.*

DECLARATIO.

Vide Lex, Oraculum.

Innoce. VII. & Leo X. concesserunt Superioribus Prædicatorum & Minorum, vt cum consilio aliorum Patrum (quando res est momenti) possint autoritate suæ Sanctitatis declarare omnia subditorum dubia, adè vt securè possint & debeant subditi acquiescere. *to. 1. q. 11. art. 5.*

Idem *Leo X.* amplians prædictam concessionè statuit quod scrupulosi possint secreta conscientia in omnibus